



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Exequiæ. 74

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

rationem veneratiōnēmque ad-  
duxit.

## LXXIV. Exequiae.

**E**X anime corpus, veste, quām  
tiro Societatis induerat, te-  
ctum, inq; feretro decenter com-  
positum, simili aulæ per amplæ  
illatum est, subiere adolescentes,  
nobili genere, amplius cen-  
tum; atque officium defuncto  
præstandum, priuatis exsequijs  
& effusis lacrimis piè soluerunt.  
Secutæ mox laudes, quas à se  
quisque, iniussas, eoque veriores,  
non parcè in Vbaldinum con-  
gessere. Has excepit hortatio:  
qua Seminarij Rector, dum cō-  
pertas virtutes, apud earum te-  
stes oculatos prædicabat, tantos  
conciuit animorum motus, ut  
ordine deinceps omnes ad ia-  
centem, ceu spiraret adhuc sen-

G 4 — tirēt

tirétque, accesserint, & ima pedum madentibus osculis contigerint. Qui apud exteris deinde, in sui contubernialis encōmia vltrō effusi, quid quisque in illo præclari viderint, quid memorabile obseruarint, ita narrarūt; ut cum eo extincta elatāque esse multarum virtutum exempla quererentur. Sub eiusdem diei vesperum, curatum legitimè funus: publiceq; elatum ad S. Andreæ, cuius modicum templum in Quirinali Monte visitur: atq; ibi tironum Societatis Iesu humeris exceptum, sepulturæ mādatur. Parentarunt ritu ibidem publico, immixti nostris tironibus, conuictores; quos nisi vestis discriminasset, dignoscere ea tum erat omnium (modestia) non licuisset.

XXXV.